

BIU Cujas

BIU Cujas





BIBLIOTECAS CUIAS

PARIS



PROMETHEVS SIVE,

de raptu animorum.

*Dialogus festinissimus, alienæ inven-
tionis prædones & ineptos imita-
tores incessans*

BIBLIOTHECA CUIAS

Steph. Forcatulo Iuriscon-
sulto autore.



PARISIIS,

Apud Guillielmum Chaudiere,
via Iacobæa sub signo Tempor-
is & hominis Siluestris.

1578.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

BIU Cujas

D. IOAN. BAPTISTÆ
FLORENTINO ABBATI
de Bella Brâchea, Reginæ ma-
tris primo Eleemosynario &
Sacelli ædituo, Petrus Forcatu-
lus. S.

 *Vm nimis cito decedes pa-
ter, paucasmih successori
fortunas multasque elu-
cubrationes cum editas sed
denuo emeditas, tum edendas reliquerit.
Vix dubitaui a te expetere amicitia illa
qua tam opere patrem es prosequutus, in
hac saltem cogitatione voragine, in qua
me incidisse sentio: eo quod multi sunt,
quorum nominibus parco, qui vel pecuniis
vel furto tentant si quid operum possint
extorquere, alieno labore nomen suum ab
iniuria temporis vindicaturi: Quod ne
dicam paternis operibus verum etiam re-
gia biblioteca accidisse de doctissimo vi-*
A ij.

ro tibique familiarissimo domino The-
uetio Regio cosmographo audiui, quo tē-
pore mortuo Rege Francisco primo in
eorum administrationē incidit bibliote-
ca qui manuscripta exemplaria (quorū
illusterrima & antiquissima Medicea
familia argumētū fuerat) Prometheis
rapiēda proposuerūt, ita ut brevib. illis
diebus quib. legitimo rectore destituta
est tantam suscepereit cladem, quantam
te restaurante utilitatē sensit. Id ergo
præsagiens pater sagaci solertique mēte
præditus, paucos ante dies quā morere-
tur in hoc opusculo satis copiosè tracta-
uit. Quod tibi dicari voluit ut si qui es-
sent, qui talem exercere sœvitiam in eum
auderent, in Caucaso vulturi vorandos
alligares, sis igitur nobis propitius, ut
impiorum malitiam incolumes euadere
possimus, vale. Lut. Par. IO. Kal. Aug.



PROMETHEVS: QVI
ALIAS DE RAPTV ANI-
morum est dialogus, aduersus alien-
næ solertiae prædones atque imitato-
res inconsultos.

Author Stephanus Forcatulus Iuriscon-
sultus.

Interlocutores.

HEPHESTION, CALLIDEMVS.

NE indigneris, ô bone Callideme, quòd dixi te non satis consulto auditore vti, cùm solus in his hortis amœnissimis, & pene tacitis, nisi riuus ipsos findes abstreperet, solus deambules, & declames: ac si tibi te solummodo non aliis genitum arbitrere.

A iii

PROMETHEVS

CALLIDEMVS. Num, quæso,
nescis bene demum viuere eum,
qui bene latuerit, & morsus ac re-
prehensiones illorū effugerit, qui
dum aliis mederi student, semper
febriunt vsque ad delirium : & è
duobus tria perspicere consueue-
runt?

HEPHÆSTION. Quid ais?
putas igitur aliquid esse vsquam
gentiū, quod iectu reprehēforis in-
solentis vacet: cùm ne cœlum plu-
uium omnibus arrideat, nec dum
omni nubis fæce detersum nitet:
non continuo hercule, fas est tibi
duntaxat te natum existimare : &
amicos celare inuēta pulcherrima
concessa tibi cœlitus: ac Stellionis
serpentis more tua verno tempo-
re absorbere spolia, scit enim in-
* author
Theophras-
tus plinius
8. cap. 31. uidus ille hominum ea generi ad-
uersus comitialem morbum* præ-

sens afferre remedium : cur, amo-
bo, frontem contrahis, & è serena
plane nubilam facis?

C A L L I D E . Quia antea te mihi
nō minus timentē cognoui, gene-
rose Hephæstion, quā tu nihil cō-
sueuisti metuere, nunc autem me-
ipsum proiicis, quo cunque æmu-
lorum me ventus rapuerit: non v-
tique deessem ego facultati scri-
bendi, postquam illa mihi nō de-
ficit, nisi satius esset in otio deside-
re quam sedulo currere coram in-
gratis & iniustis spectatoribus.

H E P H Æ S T . Te igitur, vt quidē
audio, nulla posteritatis cura affi-
cit, ad quam non perueniet liuor,
durabit industriæ & diligētiæ re-
cordatio, atqui si dono dei mihi
cōcessum esset, vt à Fato meo rur-
sus viuerem (quo flagro editionis
desiderio) nulli profecto parcerē

A iiiij

PROMETHEVS SIVE
operæ, nulli studio, vel periculo:
non modo si possem serium nō-
nihil ad ius ciuile pertinens exco-
gitare, sed etiā ad artes illas, quas
liberales vocant, animi prēdulces
delicias.

C A L L I D E M V s. Pie optas:nā
& si liberaliū nudum nomen istæ
retineant, & re ipsa seruiāt poten-
tioribus, recreant tamē cultorem
suum in secundis rebus, & in ad-
uersis multum prēbent securitatis
ac perfugij, maximè si quid noui
mens humana de cœlo adiuta
introducederit, quod iis qui viuunt
hominibus, futuris etiam, vtilitatē
cum oblectamēto, & authori de-
cus præstare valeat. Sed, quæso,
quis locus erit tutus à furibus, cū
ignem de cœlesti domo Prome-
theus abstulerit, eundémque sta-
tuæ è luto fictæ indiderit? nisi si

DE RAPTV ANIMORVM.

qui sunt homines tui simillimi,
quos ex ḡemis potius informatos
merito possimus afferere.

HEPHÆSTION. Parum abest,
quin intelligam quorsum euadas:
times tibi à peruerso genere mor-
talium, qui inuenta aliena sibi af-
cribunt, & gignendi impotes, fœ-
turam alienam nequissima arte
inuolant: sicut Doris refert de La-
mia muliere Libyca Iunonis pel-
lice, † & proinde orbata liberis: ex ^{suidas} † _{hoc tradit.}
quo alienos clam rapere & sibi
vendicare non cessat, nocturnis
præsertim incursionibus.

CALLIDEMVS. In caput eius-
modi furum decuerat Iouem ful-
men deiicere, non excandescere
in cautum Prometheum sine cœli
dispendio benemeritum de ho-
mine: quando flamمام accepit
εἰ κοίλων αργητην, id est, in concava fe-

PROMETHEVS

* In Theogonia. rula, vt ait Hesiodus, * quid enim cuiquā deperit, si ex face sua alienam accendat?

HEPHÆSTION. Nihil omnino, & ideo nequeo nō dolere vicem Promethei, si verum est, illū adhuc iecur æternum pascendum præbere aquilæ in monte Cauca-
so: & sanguine suo liquasse niues: vbi luctu & lamentis se conficit: Amore mortis terminum inquirens mali: vt est in tragœdia, † qui propter diuinum ignem præmio & laude magis dignus fuerat.

† Cicero meminit lib. i. tuſculan. queſt. CALLIDEMVS. Quid agas, cū eximia gloria ſæpius fortunæ quā virtutis ſequela ſit? Quinetiam in-
* M. Manilius libr. 4. felix virtus † & noxia felix. Et male consultis pretium, pruden-
Aſtrononomicon. c. i. tia fallax, atqui Gn. Flauius ſcriba Appij Claudij cæci iuriſpruden-
tum perspicacissimi, quia hero

suo librum domestica fraude sur-
 ripuisset, in quo ritus in foro agē-
 di continerentur, à populo Rom.
 Tribunus , Senator & denique
 Ædilis Curulis factus traditur,^{* l. 2. §. post-}
 quanto pretiosius & plausibilis
 fuit humanæ societati munus ex-<sup>ea cū Ap-
pius ff. de orig. ur.</sup>
 celsum flammæ nunquam extin-
 guendæ, sed tum quoque splendi-
 dos radios emissuræ , cùm ignis
 Vestæ deę sacer defecerit? quippe
 cum animus hominū mortis ex-
 pers intelligatur. Igneus est illis
 vigor † & cœlestis origo. Ita fit,<sup>+ Virgilium
lib. 6. Aeneid.</sup>
 vt Deum intellectu concipiat, &
 peruideat. Nam Deus qui spiritus
 est, † vt ipse met de se attestatur, &
 alibi ignis cōsumens dicitur, haud
 dubiè spiritu & ignito animo co-
 gnoscitur: quia, vt placet Empe-<sup>+ Ioannis
cap. 4. Deuterono. c. 4.
Aristoteles li. 1. de</sup>
 docli, æthera æthere, ignem igni
 perspicimus.^{anima. c. 2.}

PROMETHEVS SIVE
ταῦτα μὲν ὅπωτα μὴν, ὑδάπεδον δὲ τὸ οὐδῶρον.
Terram equidem terra, Lympham cognoscimus vnda.

HEPHÆST. Iure igitur laudauerō inuictum Herculem, quia aquilam Prometheo iugiter infestam sagittis interemerit? †

† *Iulius*

Hyginus

lib. 1. defa-

bulis anti-

quis cap. 31.

& lib. 2.

de signis cœ-

lestibus in

sagittæ a-

stro.

C A L L I D E M. Nescio prorsus, quo teli genere tam pulchrum fa-

cinus cum Iouis iræ periculo ag-
gressus, cum laude exegerit: scio
vero Herculē ipsum in Caucasum
venisse, & de fato suo consuluisse
Prometheum, Hyginus sic tradit,
ac artem didicisse, qua draconem
in Africa ab Hesperidibus Atlan-
te Rege genitis præfectum, ut ma-
la aurea custodiret, domaret.

HEPHÆSTION Quāto illud
Herculi laudabilius est, ac cūctis
magis fructuofū, quod in astrorū
notitia & in cœlestibus causis, mi-

nime curua in terrā cogitatione,
plurima atq; eximia excogitarit?
ex quo fingitur cœlum humeris
post Atlantē eque summū Astro-
logū sufferre, & suummet onus
incolere cum cæteris diis indige-
tibus, adeo semper inuentio recēs
& vtilis suis autoribus gratiam &
famam ingentem conciliauit.

C A L L I D. Ista autem soli deo
accepta refertur: Nō abs re igitur
laudatur nedum excusatur Pytha-
goras, vir alioquin à nece esūque
animalium abstinēs, qui Musis ho-
stias immolare cōsueuerat, si quā-
do in Geometricis noui quippiā
inuenisset, merito sane indignan-
tur * homines diuinitus sibi tribu-
tum beneficium à quoquam alio
insidiis subtrahi & auelli, quem-
admodū angeretur quilibet sum-
ma cum ratione, si accepto à Rege

* *de Pytha-*
gora Vitru-
wius 9. cap.
2. *Cicero, 3.*
de natura
deorum.

P R O M E T H E V S

dono furtim priuaretur, addit enim munificentiae non parum decoris largientis splendor & autoritas:qua nemo cœli Regem exæquare poterit.Sic fit,vt plures hominum amicis aurum & opes nō grauatè conferant:nullivero ingeniij dotes velint contribuere, aut illarum luce cuiquā cedere,ne sol quidem cum Lunę fraterna benevolentia lumen suum communiciat,patitur id nesciri.

H E P H A S T I O N. Memini tamen te in adolescentia in frequēti auditorio ius enarrantem, si quid eximum & iurisconsulti animo consentaneum excogitasses, quo plus authoritatis accederet, solitum non Apollini acceptum referre,vt Lycurgus,sed cuiquam celebris famæ scriptori.

C A L L I D E M. Non diffiteor:

sed paulatim accedente ætate & fiducia, atque liuore decrescente, mea mihi asserere incepi, & scriptis meis passim inserere. Scis, opinor, cuiusmodi sint, quæ fecerit Sostratus industrius sane vir, cum in Pharo insula Ægypti turrim excelsam prospere ædificaret, incidit quidem nomen suum lapidi penitus, leniter creta illinens, ut Ptolemæum tunc regnantem ad tempus appingeret: ratus fore id quod demum accidit, ut pictura paulisper evanescere, inscriptio hæc palam legeretur: Sostratus Gnidius Dexiphanis filius, Regum amicus, posuit nauigantium saluti, quandoquidem fax accensa ibi nautis viam & portum noctu demonstrabat, ne in scopulos impingerent. Accederet vltro tibi Thales Milesius sapientum non

PROMETHEVS SIVE

vltimus, qui primus argutè cœli recessus inuestigans, Solis defēctus cōuerzionésque accuratè edo cuit, & Vrsæ minoris propitium nautis sydus referauit, à Mandrayto Priennensi discipulo mercedis nomine nihil non offerente hoc

* Apuleius libr. 3. tantum poposcit, vt profiteretur, *
Floridorum à quo didicisset, hanc modestiam
de soſtrato præſe tulit Carneades, licet cre-
Strabo l. 17. bro Chrysippi præceptiones re-
& Lucia. felleretur: vtpote qui interim fa-
teretur ſe huic multum debere:
niſi, inquit Chrysippus eſſet, non
† Laertius eſſem ego. † At è diuerso Apollo-
in Carnea- dorus in collectione dogmatum,
de, & in Chrysippo. Epicuri inuenta mirificè extollēs:
ſi quis, inquit, eximat de Chrysip-
pi ſcriptis quæ aliena ſunt, vacua
charta relinquetur: Alius rogatus,
quid teneret manibus: Chrysippi
inquit, Medea eſt. tenebat vero e-
legantem

legātem Medeam Euripidis, quā
pene totum ille libris suis inserue-
rat, & vtique acceperat, si fateba-
tur, si inficiaretur reum se furti ma-
nifesti fecerat, in quadruplū ideo
condemnandus.

C A L L I D. Iure istud loqueris:
nam nec Lacedæmonij, qui iuxta
Lycurgi insulsam legem† in furta
æduliorum impune admiserunt,
iis furibus indulssere, qui in scelere
ipso deprehenderentur, vt solent
qui aliorum sibi assumunt vigi-
lias, eásque vtcúmque interpolat,
ne detegantur : & velut Medeæ
veneficiis recoquunt, perinde ac
si alienam uestem colore nouo in-
ficiant : quinimo tanquam fuco
adieicto inquinent, verius quam
perpoliant: ita dum apud imperi-
tos docti haberi student, apud do-
ctos iustius habentur stolidissimi

*+ Plutar
chus in In-
stitutis La-
conum.*

PROMETHEVS SIVE
& nequissimi.

H E P H Æ S. Apud antiquos nihil turpius habebatur quam aliena industria gloriari, nec summo ingenio præditis atque illustribus viris parcebatur: si quis memoria repetat Timonem asperrimè insultasse Platoni vitæ integritate, præceptorum reuerentia, sermonis vbertate, admirando, quia Timæum nobilem dialogum continuasset, coëemptis Philolai Pythagorici libris † tametsi multum intersit, vtrum apum more, quas vi des horum omnium florum populari delicias, ex variis scriptoribus sensim libando opus aliud tibi concinnes, an vero mel ab earū alueariis subducas: vt solent Fuci inertes ex infectorum genere misceri apibus, & earum frui mellificio, quoad procul exulare iubeā-

† *Aulus Gellius lib. 3. cap. 17.*

tur, quando agmine factō illæ

Ignuum Fucus pecus * à præsepi-
bus arcent. Cur enim Fures non
odiosi sint apibus, quæ ipsæ furti-
uæ male proueniunt? vt Ruta fer-
tur contrà germinare fertilius, si
aliunde rapta feratur: † Imitari er-
go decet priscos artifices, non il-
lorum opera sibi ipsi ascribere:
nam & Parrhasius Ephesinus pi-
ctor orbi terrarum celebris, Her-
culem Lyndium penicillo à se ita
expressum, qualem in somnis vi-
derat, prædicare solebat: quem si
quis in tabula ostētare, & pro suo
asserere auderet, proculdubio fo-
ret ridiculus: nam & Titiano ora-
tori, quem Maximinus Augustus
Maximino filio suo instituendo
præfecit, vt Modestinum Iuriscō-
sultum in legum disciplina, pluri-
num ornatus adiecit, quod scitè

* Virgilius
lib. I. Aeneid.

† Plinius
lib. 19. cap.
7. de Titia-
no Iulius
Capitoli-
nus.

PROMETHEVS SIVE
singularum artium autores imita-
retur: vnde etiam sui temporis si-
mia appellari institit, versatilis in-
genij gratia.

C A L L I D E M. Innuis, mecum
faciēs, nefas non esse cōflare opus
grata æmulatione vetustatis: sed
ea lege, vt subtiliter inuenta suis
reddantur autoribus, & inuentis
legitimi autores, quoniam et si lex
vetus nō vetet è segete aliena spi-
* Deutero-
nij cap. 23. cas* decerpere, tamen demetere
non permittit.

H E P H Æ S. Non puto quosdā
ritè rem sacram fecisse Lauernę fu-
rum deę, qui tam impudenter trā-
scribunt, vt erubescant, tam euidē-
ter arguuntur, vt non sit inficiari:
Sed quia aliqui eorum in conspi-
cuo honoris & fortunæ gradu se-
derunt, vix extat, qui eis ausit ex-
probrare cornicem Æsopi alienis

plumis ac coloribus ad tempus
insignem. Cum Isocrates in Hele-
næ præconio hoc ei potissimum
laudi tribuerit, quod Theseo Græ
corum prudētissimo, & Troiano
† Paridi prædæ fuisse. tacens tan-
ti per infāstū rapinæ exitū qua-
lis, (propitio integris viris numi-
ne) inuentionis bellissimæ alienos
expilatores manet: preter dedecus
quod inuritur eiusmodi furibus
& huc veteres, quos reuerēter le-
ctito, ut recētores cruditos sine fa-
stido, adsumunt egregiū Aristop-
hanis illius grammatici & Comi-
co posterioris arbitrium: qua æta-
te Ptolemēus Philadelphius † Ä-
gypto imperās & adeò literis be-
ne cupiens, ut sacros libros ex he-
bræo sermone in Græcum verti
impendio curauerit, Alexandriæ 124.
vṛbi bibliothecā luculentā coac-

^{† Isocrates}
^{et Rodol-}
^{phus Agri}
^{cola lib.3.}
^{de inuētio-}
^{ne cap.3.}

^{† Vitruvius}
^{li. 7. in pro-}
^{œmio.}

^{Eusebius in}
^{Chronic.}
^{Olympiad.}

PROMETHEVS SIVE

tis vndique libris exquisitis dedi-
cauerat & ludos votiuos Musis
atque Apollini, præmiis & hono-
ribus cumulatos in poëtarum gra-
tiam. Itaque recitatis his inter-
cessit Aristophanes iudicium se-
ptimus, ne præmio poëtæ dona-
rentur qui reliquis sex iudicibus
ac populo perplacuerant: quia (vt
vir multiiugæ lectionis iampridē
pertæsus eiusmodi homines, qui
non nisi aliena luce lucere queūt,
exemplo Lunæ ex tempore osten-
dit) furta nō carmina, alieno mar-
te, non suo, condita, recitassent: sic
plausum populi elicuit, & Regis
gratiam, atque furum perditorū
exhibitionem, quos impudētes
palam tandem verecūdari adegit:
eo honorato qui exiles, sed suos
versus, nec audacter nec indecore
pronunciarat, nec inepte, vt alij,

DE RAPTV ANIMORVM. IO
iuxta flumen puteum fodere cu-
rauerat. Decet enim opitulari &
pene assurgere iis quibus primo
præclarum aliquid innotuit tan-
quā deo charissimis : & quia om-
nis lex est iuxta Demosthenem
εὐρημα τοῦ δωρογένεω, id est, inuentio + ^{† l. 2. ff. de}
& donum deorum, factum est, vt ^{legib.}
plerique legislatores in deos rela-
ti fuerint, vt Mercurius Ægyptio-
rum confensione* quod Medius- * *Can. Moy-*
fidius non obtinuisse, si literarū ^{ses 7. dist.}
& legū autor prosperrimus vtraf- ^{Cicer. lib. 3.}
que non ex suo deprompsit in- ^{de natura}
genio, sed aliunde cōmodato ro-
gasset, vel Lycurgus Lacedæmo-
niis iura prestituens, de quo se Py-
thius Apollo, ad quem accesserat,
dubitare dixit, homone, an deus
esset + nimirum propter inductio- + *philostra*
nem legū, rei pulcherrimæ & ho- ^{tus in vita}
minum societati vtilissimæ: atque ^{*Apollonij*}
^{lib. 8. cap. 3.}

B iiij

PROMETHEVS SIVE

ideo furi magis pernicioſe, quia rē
pretio quo quis potiorem subdu-
xerit, qui non effet alioquin glo-
ria cariturus, si eam suo reddidif-
ſet opifici, & illustrare quām auf-
ferre maluiffet, vt Iustinianus Au-
gust. ſe in veterum Iurisprudentū
responsis ab omni ſitu illuuiéque
detergendis & cōcinnandis feciſ-

* l.1. §. cū- ſe oſtētat : * tanto animi candore,
que hac eſt vt nō ſolum nōmina ſingulorum
l.2. §. que iurisconsultorū capitibus ſingulis
omnia. c. de veteri præſcribat, ſed etiam eorū quorū
iure enu- ope tātam molē cōmode digeſſe-
cle. rit, nec dici potest quātum laudis
ſibi comparauerit Xenophon So-
craticus Atticæ muſæ nomine ce-
lebris propter ſuauitatē orationis,
edito Thucydidis historici nobi-
lis volumine, quod ſibi vendicare
potuerat † ſed doctus, & pius, nec-
non strenuus, philofophus falſam

† Laertius
hoc tradit.

DE RAPTV ANIMORVM II

alienæ industriæ ac gloriæ hæreditatem adire indignum putauit: nequaquam oblitus Socratem ipsum, philosophiam mores hominum expolientem à solo thesau-ro inexhausto cælitum deduxisse, & simul famam & gratiam in æuū sempiternam. Gaudet enim deus vim + cœlo fieri, & ærarij sui com + Matth.
pilationem arduis effractoribus li cap. II.
berrime permittit: sed non perinde mortales, tanto diligentius inuenta sua sibi seruari studentes, quanto tenuis fortunæ viri, & penuria domestica pressi, plus angi & queri solent, si quis ipsis fur-tum fecerit, præ ditioribus. Cæterum cùm deus munificus eroga-tor bonorū non omnia simul sed paulatim largiri, & in dies instilla-re, consueuerit, est quod quisque adiicere laudabiliter possit, nedū

PROMETHEVS SIVE

cum vénia operi alieno, vt factitatum à priscis scriptoribus certissimum est circa artes omnes, quas quidem in Græcia intra mille an-

nos inuentas fuisse Varro tradit. †

† in lib. 3. de re rusti- Oportet, inquit Theognis, cuius

ca cap. i. Theognis singulos versus totidem leges esse

libr. senten- autumo, Musarum famulum non

tiarum. inuidum esse, si quid eximij noue-

rit: ἀλλα τὰ μὴ μῶσθαι, τὰ δὲ δικράνων,

ἀλλα δὲ ποιεῖν, id est, sed alia qui-

dem inquirere, alia indicare, alia

facere. Ita profectò pictores ab

exilibus principiis adeo artis suæ

fastigium euexere, vt naturam fe-

re æmulam victamque velut ex

prouocatione redderet, rudimen-

tum præstiterat Polygnotus sim-

plici* imaginum imitamēto con-

* Quinti- lianus libr. tentus, sine vario colorum am-

12. cap. 10. bitu, quo postea Zeufis & sequa-

Plinius 35. cap. 10. ces delectati, luminū umbrarūm-

que rationem addētes , perfecere; ut cùm Zeufis aliquādo vias pinxiisset , ad eas deceptæ aues aduolarent. Appellem Coum taceo ingenio & comitate gratissimum: qui nisi venerem è mari emergētē peniculo duxisset , adhuc sub aquis falsis frustra illa delitesceret.

HEPHÆSTION. Tu mihi videris in persuadendo non pictorum tantum sed etiam Rhetorum colores consumpsisse, & perfecisse eloquentiam tuam Ciceronis lima expolitam penitus : non minus vtique quàm aurea illa vena Vidi Fabri Baronis Pibracij , affiduo Regis comitatu ad omnem humanitatem exculti, Ciceronem ipsum serie vocum, & intimo sensu prouocantis.

CALLIDEM. Si locus hic arbitris pro certo careret , vt caret

PROMETHEVS SIVE
quidem tedium, & scatet solatio, ingenuè tibi faterer, quām parū tribuam iis, qui æstuant in imitando Cicerone verbis tenus, non sententiarum pondere: sed in illa quam cubito premis lauro audiui nescio quid strepitus. Quid scio, an sit genius quispiam, qui pro Ciceronis æmulis excubias agat?

HEPHESTION. Age, manu-
mitte linguam tuam, & libere di-
cito, quid sentias in tam festiuo &
abdicto secessu, nisi times auritam
laurum ac loquacem, propter Phi-
lomenam, quæ saxe in ea conci-
nit, nequaquam elinguis, sicut fal-
so poëtæ comminiscuntur: atque
ita deinceps renunciaturam quic-
quid à te perceperit.

CALLIDEM. Quid nī: cum
olim in Ægypti finibus vlmus sa-
lutauerit Apollonium Thyaneū,

& sapiētem coram Gymnosophi-
stis † nominarit, eccur non idem
licebit lauro, sponte etiam sua lo-
quenti, si quando vritur, & futura
prædicenti se consulentibus? vn-
de Empedocles: si, inquit, à fato vl-
timo liceat in plantam migrare, † ^{Aelia-}
laurus libentissime fierem: si in ^{nus lib. ani-}
brutum, leo: non abs re igitur va- ^{12. cap. 7.}
tes ducésque militiæ lauro cingi
voluere, & coronam adepti à vi-
ctoria, eidem laureæ nomen indi-
derūt: hinc illud Ciceroni perpla-
cens. † ^{+ Cicero li.}

*Cedant arma togæ, concedant laurea
linguæ.* <sup>I. officio. Lu-
cian. in Pa-
rasito.</sup>

HEPHÆSTION. Iure suū telū
laudauit, & prætulit, Cicero lin-
gua præpollēs, armis alioquin mi-
nus idoneus, nec ad fugiendum
ineptior quā alter ille orator De-
mosthenes, qui in prælio quo Phi-

PROMETHEVS SIVE

Iippus Macedo Rex apud Che-
roneam Athenienses fregit, ma-
nu excussit clypeum in pedibus
salutem constituens, famæ & po-
dagræ immemor priusquam ma-
nus consereret: proinde Tullius

** Cicero lib.
epistolarū
ad Atticū
s. cap. Loo-
dicam.*

ad Taurum montem * cum Mo-
phragone nihili hoste signis col-
latis dimicaturus, clitellas boui
impositas fatetur à Senatu efflagi-
tans annuo spatio imperium suū
finiri, belli moræ & periculi im-
patiens, & discessu fugæ non absi-
mili sese erupturus breui, sin mi-
nus exorasset:nec in conflictu ad-
uersus Catilinam adesse ausus pau-
cis, pro tempore, militibus fretum
adesse fistinuit:sed extra teli iactū
(quia nec C. Antonius in consula-
tu eius collega pedibus ægris in-
teresse tumultui verius quam pu-
gnæ non poterat) M. Petreum

veteranis cohortibus † & militari ^{sallustius} peritia instructum suffici curauit, ^{in Catilinario.} hostis faciem non citius quam Medusæ alicuius inspecturus. At qui in foro sæpiissime ipsum laces- sierat, & fere debellarat, modo scelestos incessens, modo iisdem tam improbe quām prospere pa- trocinans: non absque digno sala- rio venalis linguae facundiam in- stillante: nam & Popilium Lena- tem Picenæ regionis, parricidij reum, in dubia causa fluctuantem ac ferè conuictum eloquentia sua eripuit, & eum ad penates suis in- columem remisit: cui postea iu- gulandum se iussus præbuit: * vt ei ^{* Valerius} caput amputatum crederet, pro ^{Max. lib. 5. tit. 3. Plu-} cuius capite seruando laborarat: ^{tarc. in Ci-} sed inulti patris manes, non Popi- lius, Ciceroni obstatere, qui nihil ^{ta.} tuti aut pij ab eo sperare potuit,

PROMETHEVS SIVE

qui patrem occidisset: sed viderit
Cicero, qui asylum eloquētiæ reis
propitiū etiam nefario parricide
patefacere non sit veritus: ita ut
quiuis tam doleat eum mercedē
lugubrem accepisse, quam fere
meruisse.

CALLIDEM. Ego pro tali fa-
cinore pro dignitate deplorando
& clarissimi oratoris miseratus
fortunam, qui vsque adeo infelici-
ter illam forensem procellam ef-
fuderit in os iudicum attonito-
rum, alterum Ciceronem expos-
sicerem: nisi ille adeo immanis
& tam procax aduersus iuriscon-
sultorum, pro quibus Remp. ab o-
mni Criminum Labe & spurcitie
purgantibus emori possum, scien-
tiam honorēmque extitisset: non
leuius ingratus quam impius ille,
cuius statim memini, Popilius, de-
buerat

DE RAPTV ANIMORVM. 15
buerat equidem Tullius meminis-
se Q. Mutij Pont. Max. apud quē
ius ciuile edoctus prædicatur + ^{† Cornel.}
summa cura, tenui profectu, cum ^{Tacitus in}
in veterum leges rebelli præditus ^{dialogo de}
esset ingenio: de iis aliquid com-
ponere magna fiducia cœperat * ^{* Quinti-}
tineas & sorices attentiores fecit ^{lianuſ lib.}
& vtrasque pauit potius quam mē
tem alicuius perspicacis lectoris:
segmenta quædam iuris ciuilis re-
tinuit, orationes illius vnionū in-
star illustrantia: & ex fonte primo-
ribus labris gustauit: nihil solidū
potuit attingere, sed vt nuper em-
pti canes etiam dominos allatrare
solent, sic ille ciuile ius, à quo ale-
batur despicari maluit quam soli-
do sensu discere, adeo vt dum iu-
risconsultos risu eludere conatur,
plane fuerit ludibrio, in illa potis-
simum oratione, quam pro L. Mu-

C

PROMETHEVS SIVE
rena consulatum ambiēte habuit
cōtra Seruium Sulpitium, de quo
dubites, iuris ne disciplina, an elo-

<sup>† l. 2. §. ser.
nus. ff. de
origine iu-</sup> quentia præstiterit † vbi quiduis
exprobrat sine delectu, iurisper-
ritis: præsertim quod diu occul-
tarint lege in foro agendi ratio-
nem, & formulas, quod (etiam
ut perperam calumniatur) æqui-
tati vim gracilem verborum ima-
ginem iuris, & superficiem, prætu-
lerint, & deniq; quod frustra ver-
bosos ediderint eius scientiæ com-
mentarios, ac forenses ritus, ita ut
sibi aliâs vehementer occupato fa-
cile sit triduo iurisconsultum fore,
<sup>† plinius
lib. 4. c. 12.</sup> sed forte dies Hyperboreorum †
senserat, nempe semestres atq; ita
sextos, vt mane satio fiat, meridie
messis, vesperi autem arborū fru-
ctus decerpantur, sed profecto iu-
ris ignoratio, quam notitia proli-

xior est, vt idem Tullius multis in locis perspicue ostendit, incertorem reddens eū à quo de iure consultur quām accesserat. Pactum est, inquit, quod inter aliquos conuenit, quod iam ita iustū putatur, vt iuri præstare dicatur. † Iudicatum est, de quo ante sententia alii cuius aut aliquorum cōstituta est. Per centum eiusmodi ænigmata, disertas totidē nugas currere possem, nisi tuo cachino præpedirer, & aura Fauonij cū Lauris & myrtis rixante, & cùm illis cerasis, quę quidem rigatæ dulci tuo sermone magis mihi creuisse yidentur quā riuulo proximo, in quo Diana nō inuita lauaretur.

HEPHÆST. Nescio an ætas tibi nouam indolem adduxerit, sed antea notui in tantum pertinacem fuisse animum tuū studiis, vt nec.

C. ij

PROMETHEVS SIVE

'Cyclopum turba in Liparæ officina fabricans, & fulmen in incude subinde voluens ac quatiens, te ab illis auertere posset. Quod si mei risus te pœnitet, assertorem tibi Marc. Catonem allego ridēdi minime capacem: cùm tamē dies vennisset defensionis Ciceronianæ pro Murena, & Consul Cicero multum facetè, aut certè scurriliter, in iurisprudentes & Stoïcos euomuisset, subrisit quoque Cato iis qui iuxta astabant: ac post subiunxit: dij boni, quam ridiculum

^{† Plutar-}
^{chus in vi-}
^{ta M. Cato}
^{nis. Quinti}
^{lianus libr.}
^{6. cap. 4.} consulem habemus. † Nam peri-
tissimi artis Rhetorices facultatē
iocorū Demostheni defuisse, Tul-
lio autem modum, notāt. Frigide
enim & inepte quosdam magis
quam vrbane usurpauit, aut venu-
ste protulit: ita vt nunquam Epi-
menides Cretensis Philosophus

tantum mihi credatur concepisse
somniorū illis lvij. annis, quibus,
vt aiūt, in specu obdormiuit, quā-
tum ipse Tullius, dum vellicando
iurisconsultorum nobilem disci-
plinam, & terra marīque insectan-
do, opima sibi operitur atque in-
gentes manubias, & famam ex sa-
libus plerumq; insulsissimis. Ideo
Tyro Libertus eius, qui eos curio-
se collegit nihil adhibens in con-
gerie iudicij, facile declarauit plu-
ra esse quæ patroni sui ingenio a-
dimi possent, quam adiūgi. Quor-
sum enim attinebat exclamare a-
ctionem à iurisconsulto institui, at
vero à militiæ duce aciem, & hūc
tubarum, illum gallinaceorum cā-
tu cxcitari? nec animaduertere ca-
strensem disciplinam à iure pluri-
mum mutuari: & officium regētis
exercitum nō solum in ea danda,

PROMETHEVS SIVE
sed etiam in obseruanda, consiste-

*†l.officium
ff.de re mi-
lit. & §.i.
§ l.6.§.
qui in acie,
l.2.§.post
originem
de orig.iur.* reſtatque ut Imperatori Tribunus
obsequens exercitationem militū
augeat, claves portarum ſuscipiat,
vigilias circumeat, & ſtudeat an-
nonæ: nec citra capitis supplicium
dimittat eum, qui primus in acie
pluribus ſpectantibus (ſicut à De-
mōſthene paulo ante factum di-
ximus) fugam instruxerit: ſed Tul-
lius dum plus opere ponit in con-
gerēdis quam in eligendis iis quæ
iurisperitis notam inurere videri
poſſent, dum iuſtitia ac Reip. mu-
ros tueri ſe ita ſuſpicatur, arcem, a-
ras, & focos, hostile prodit animo.
Cum exploratū ſit, fruſtra eſſe iu-
ra in ciuitate, niſi à iuriſprudente
& à magiſtratu in meli⁹ quotidie
propagentur, & ſeruentur, & al-
terum militiæ oculum effoſſum
iri ſi legis vigór à caſtris abfuerit:
hinc illa in xii. tabulis, ſcita pror

sus, quæ nec Cicero quidē subtiliter potuit: †

Militiae ab eo qui imperabit, prouocatio ne esto. † lib. 3. de legibus.

Minores magistratus periti iuris plures in prælia sunt.

Eorumque Tribuni sunt. os lev

Domi publicam pecuniā custodiūto. Simultatem igitur ponere oblitus sui nititur Cicero inter arma & leges, quæ inuicem amāt, & mutuo egent auxilio.

HEPHÆST. Optime nobiscum agitur, quod soli de tanto oratore commentamur, alias verò si colloquium nostrum rescirent ipsius imitatores vndique exulti ac pexi, disceptum nos iri formido: quemadmodum ferunt à Mœnadicibus Orphæum, cum in promotorio Pangeo * sedens cithara delectaretur: quia Liberi patris Or-

* Eratosthenes apud Iulium Hyginum lib. 2. signorum, in Lyra.

C iiiij

81 PROMETHEVS SIVE
gia contempsisset. Hi haud dubiè
gnari sursum versum agere ani-
mos audientium, & pictis ac splé-
didis verbis tetra facta linere, ac
loricare: aut è diuerso candida, si
collibuit, infuscare, agmine facto
(vel eo nomine, vt solicitudine
defensionis Arpinates quoque
videri queant) in nos irruent: sunt
enim in magno numero.

*† hoc est
principium
Timæi Pla-
tonis.*

CALLID. Vnus, † Duo, Tres:
quartus autem, ô amice, vbinam
est?

HEPHÆST. Sexcentos in nu-
merato ad manum habeo, ô ne-
quam Platonice, à quibus, si viue-
ret Cicero, suam eloquentiam di-
dicisse credi posset, aut saltem illā
eos accurate docuisse. Sed forte nō
arridet tibi imitationis imitatio.

CALLID. probe coniicis: num
esse teneor Agesilao Laconū Re-

ge magis diligens, qui inuitatus ad auscultandum vocem hominis Lusciniam bellè imitantis: sæpe, inquit, illam audiui: Tametsi nonnullos sciam tibi non dissimiles, qui Ciceronis phrasim referat, vt filij, potius quam vt eius imagines. Ceterum cum nihil nouæ inuentionis inferant tercis & comptis libris, volucri repente fama euanescunt, adeo vt lector semel vidisse contentus, instar picturæ, præteruolet.

HEPHÆST. Proinde quia nihil nouæ sententię, multum disertę orationis, præ se ferant, digni sunt penicillo Galatonis, h̄c enim pictor tam festiuus quam industrius Homerum vomentem pinxit, reliquos circum poëtas auidè que euomuisset haurientes. † Nam & ij qui sibi cumprimis facundi

*Aelianus
lib. 13. histo-
riae variae
cap. 22.*

PROMETHEVS SIVE
videntur, nunquam semagis Ci-
ceronianos putant, quam cum ea-
dem, quę ille, dixerint, aut trāscri-
pserint.

C A L L I D. Incusare decet hu-
manæ mentis conditionem, quæ
semper multa ab optimis & ne-
cessariis orta traducit in nimium.
Placuit Lepos & stylus noui ho-
minis noua dote iucundissimus:
omissa est grauitas sensus & pon-
dus aureum. præterea intersita ver-
suum amoenitas velut gemmulis
illustrans opus neglectui fuit, quā
Philonis Æmulus Cicero plurimi

Cicero lib. 2. Tuscul. questionū. se fecisse passim ostendit, & præ-
dicat, tam appositè & continen-
ter versus alienos inuentis suis ad-
struens, vt prope eadem compa-
ges operis videatur: eos ciues po-
tius quam aduenas quiuis existi-
met: atqui vulgo, tantum redun-

dantia quædam verborum penie
idem significantium in aceruum
congeritur: nec quisquam sibi pla-
cet, nisi Tullij paucissima vitia
imitetur, quoad eius fieri potest, &
pro eo quanti eum facit. at qui vir-
tutum ingentium disertissimus
quisque obliuiscitur: ita ut ferme
de explodenda eiusmodi sectato-
rum turba, magis quam de augen-
da à prudentioribus iam cogite-
tur. Fuerat, vt scis, Hieros insula le-
porum expers: eo adolescentū ali-
quis leporem fœminam studio
generis inuexit, & paulatim imi-
tamento complures tam nauiter
leporū soboli incubuere, vt fœ-
tura glissens fruges & pabula om-
nia late vastauerit. †

H E P H A E S T. Nunquam fuit
prospera mali exemplaris imita-
tio: semper enim Archetypi tor- † Germani-
cus Cæsar
Arati in-
terpres in
Dasypode
Cælesti.

PROMETHEVS SIVE

uitatem refert aut plus dimidio
superat, vt quidem expertus est Po-
lemo Xenocratis discipulus, &
quidam alij seueritatem eius, aut
verius duritiem, studioſſime aſſe-
ctati vſque ad reprehēſionē, quip-
pe cum Xenocratem Plato † ad-
moneret Gratiiſ ſacra facere: tan-
tæ alioquin probitatis virum, vt ei
in lite quadam testi producto, li-
cet iniurato, iudices crediderint,
gratiam ſacramenti iuri singulari
facientes. Quocirca integritas il-
lius non asperitas digna imitatu-
fuerat: & Porci Latronis inter di-
cendi magistros non vltimi facū-
dia, non autem pallor ingenitus
eidem, qualem plerique ſimula-
bant frequenti eſu cumini, * nec
ignoras, cuiusmodi ſint que Dionyſij minoris adulatores fecerint
in Sicilia: palpabātur enim in mē-

† Laërtius
*in vita Xe-
nocratis.*

* Plinius
lib. 20. cap.
14.

Lances & Dapes, quasi hebetiore
 visu præpediti : donec Rex +
 perinde cæcutiēs eorum scelestas
 manus cibis opiparè conditis ad-
 moueret: desinant igitur, moneo,
 adolescentes sinistra imitari ac ve-
 lut peruerso vti speculo: & scitum
 putent illud responsum Teutonū
 legati, qui Romę interrogatus,
 quanti faceret pictam in foro pa-
 storis senis cum baculo imaginē,
 dixit admirantibus, se nolle eo do-
 nari viuo veróque obsecro etiam,
 ne vexent Tullij ipsius verba ac
 mentem, dum nihil volūt nisi cul-
 tè & spendidè dicere, sic námque
 incident in derisum, nec in citato
 orationis cursu reprehensionem
 possunt effugere, ac abscondere nō
 quidem magis quam Parrhasius,
 qui vt Prometheum ad viuū pin-
 geret, emit seruum Olymthium,

Athenaeus
lib.6.cap.
6.de par-
rhasio. se-
neca lib.10.
declama-
tione.5.

PROMETHEVS SIVE
& in tantum torsit, vt miser inter-
raret, quasi mergeret hominem, vt
propius naufragiū simularet, vel
potius faceret, vtque acerbior es-
set in Prometheum suum quā ira-
tus Iupiter, vt denique egregiam
illam tabulam in Mineruē æde po-
nens numē offenderet, perinde ac
si abstulisset eandem. Sed iam ce-
do, cur in manum dextrā expuis?

CALLIDEM. Quoniam emi-
nus graue vulnus infligi Tullij se-
ctatoribus ementitis utique, & di-
^{† plinius}
^{lib. 28. cap.}
^{4. & lib.}
^{35. cap. 4. de}
^{Teutone.}
dici hoc ritu sauciatos† leuari cō-
festim à dolore, si modo percusso-
rem pœnituerit: vt me certe, quem
imitatrixis cateruæ iam adeo mi-
seret, vt putem infensos ipsius met-
Tullij Manes, quos inferiis man-
datis placare propediem cōstitui:
cūm non mitior ei tecum fuerim,
quām ille sapientissimis iurecon-

HEPHÆST. At qui ego pietatis tuæ æmulus lacefritis à Tullio vmbbris parentabo, necnon Iulio Cæsari digno prorsus, qui Romanum fundaret imperium, & de quo ad dubites armato, manu ne an inge-
nio præstantior extiterit, aut deni-
que obsequio fortunæ, à qua tamē clementiam non magis sinebat su-
perari quām se ab hostibus. hic cū M. Varroni curam mandasset bi-
bliothecas tum græcas tum Latinas impendio contrahendi & pu-
blicandi, legum + neutiquam im-
memor, Ius ciuile ad certum mo-
dum ex diffusa copia redigere &
in paucissimos libros conferre de-
creuerat: nisi salubre cōsilium ne-
faria coniuratorum cohors morte
præpropera arripuisse, quæ nulli
bono viro iusta videri potuit, quā-

[†]Suetonius
in Iulio ca.

44.

PROMETHEVS SIVE

uis inulta mansisset, nec quidem ipse Cicero ignorare debuit quātæ mulctę damno sanxerint leges, contumelias illatas mortuis defensionis propriæ expertibus, nec Cæsar is mansuetudinē felicitati coniunctam inficiari maxime pro Q. Ligario in foro causam agens, & coram eodem Cæsare aduersus Q. Tuberonem patritium & magni nominis iurisconsultum, quem inter bellum ciuilis motus Ligarius Proconsul Africæ, eo applicare ægrum vetuerat, aquam ve haurire

† l.2. §.pe. † à littoris ipsum atque arenæ ho-
ff.de origi- spitio arcens deinde in cœlitū pa-
ne iur. Ci- cero pro Li- latio hilariter exceptum, propter
gario. intimam iuris cognitionē, in qua quidem pauci oratorū intelligūt, quam multa ipsi non intelligent, nosti cætera: quia nimirum, tum deprecatione deserta Tullij. admodum

modum supplicis & pene blan-
dientis, tum Cæsar is inuicti beni-
gnitate, accidit, vt Ligarius absolu-
ueretur, qui postmodum Cæsar is
percussoribus ad stipulatus tradi-
tur: † vt Ciceronis sodalem pos-
sis agnoscere. Namque hic post-
quam Cæsarem rerum potientem ^{Plutar-}
^{chus in vi-}
^{ta M.Bru-}
^{ti.}
omni laudis genere coram cumu-
lasset, mox defunctum, vt idem
alibi fatetur, * & in Senatu ante Pompeij debellati statuam ab iis
ipsis trucidatum, quos paulo antè ^{* lib. 2. de}
^{diuinatio-}
^{ne et lib.}
^{1. officiorū.}
omnibus ornamentis demerue-
rat, fugillare non erubuit, & om-
nis diuini atque humani iuris te-
merarium peruersorem scribere.

CALLIDEM. Nos more Sisyphi
saxum id est idem voluimus, & eo-
dem relabimur: perinde ac si ni-
hil sub humo doctissimus insecta-
tor Cicero exaudiat, qui si exierit

D

BIU Cujas

PROMETHEVS SIVE
instar ferę saucię audentius seuiet:
ita nos linguę mastige acerrimè,
& coerceri dignissimæ: proh dolor , vapulabimus.

HEPHÆSTION. Piemones, ac perquā opportunè, iā enim mihi in religionē versæ sunt tres scintillæ cœlestes, quas illic fulgere vides in violariis, è quibus apes multū mellitæ vindemiæ ante coegerunt.

CALLIDEM. Accedamus illò, ac visamus, quid ostenti sit, & nunquid nos ludificetur, ecce totidem Cicindetæ sunt stellis similes terrestribus.

HEPHÆST. Ver & noctem hæ nunciant : & receptui nos canere præcipiūt, ita vt alternos sermones nostros ipsa nox, tanquam prælium dirimat.

FINIS.

Omissa fol. 1 pag. 1 lig. 2 lege Baptiste Renciuénio fo. 6 pag. 2 linea 2 1 lege impingerent. EPHESTION. Alle.

BIU Cujas

Extrait du Priuilege du Roy.

Par priuilege du Roy est defendu à tous Libraires, Imprimeurs & autres qu'il appartiendra, en quelque sorte & maniere que ce soit, d'imprimer, vendre ou distribuer aucunes œuures de *M. Estienne Forcatel Docteur Regent en la faculté de droit Civil en l'université de Tholozé* sinon au Libraire, ou Imprimeur que il aduisera & choisira & aura charge & puissance, & ce iusques au temps & terme de six ans entiers, & consecutifz apres la premiere impression, qui sera faicte de chacune desdites œuures sur peine de confiscation des livres imprimez par autres, & d'amende arbitraire, ainsi qu'il est plus amplement contenu esdictes lettres de Priuilege, sur ce donnees à Paris le treziesme iour de May, l'an de grace, mil cinq cens soixante & douze.

Par le Roy en son conseil,

Signé M O R I N.

Achevé d'imprimer pour la premiere impression le 24. Juillet 1578.

D ij

• 1960-1970 • 1970-1980 • 1980-1990 • 1990-2000

卷之三

BIU Cujas

Cujas

29.736

Practique de la
Cour des Apes
Fonciatul'decem
Ine Rec' Yifid
Brotolten et
Compensatio